

plitudo nemorum, quæ vim solis calidam infringunt; denique nivium copia, quibus terra tres quatuorve menses, in iis locis quæ ab Boream proprius accedunt, & eidem ac vetus Gallia parallelo subjacent, continententer inhorrescit. Humus omnium arborum plantarumque feracissima, præfertim ubi excisæ silvæ locum culturæ majorem præbuerunt. Quadrupedes eadem, quæ in Europa: nonnullæ regionis propriæ sunt, ut alces. Magnam belluam indigenæ appellant. Id nominis invenit à mole corporis: bovem enim æquat magnitudine. Mulum capite refert; cervum cornibus, pedibus, & cauda. Eam canibus immisſis barbari agitant; defatigatam conficiunt jaculis & missilibus. Si defuncti venatici canes, ipsi vicem illorum obeunt. Per medias quippe nives incredibili celeritate gradiuntur, ac ne corporis pondus vestigia pedum altius in nivem deprimat, subſternunt plantis, inferuntque pedibus, lata reticula, illis ſimillima, quibus pilam lufores vulgo pulsant. Hæc reticula, ſpatium nivis ac foli fatis magnum amplexa, currentes facile fūſtinent. Alces vero crura exilia defigens alte in nivem, ægrè ſe expedit. Illius carnibus vescuntur, teguntur pelle, ungula posterioris ſinistri pedis fanantur. Huic ungułæ mira quædam & multiplex virtus inest, medicorum celeberrimorum testimonio commendata. Valet in primis adversus morbum comitialem, ſive admoveatur pectori, qua parte cor micat; ſive indatur palæ annuli, quem digitus laevæ minimo proximus geſtet; ſive demum teneatur